Durantis, Guilelmus: Rationale divinorum officiorum

[Straßburg: Drucker des Iordanus <de Quedlinburgo>], 1483 Seite 11



ta ꝓmissionem reꝛuꝫ celestiū speculatur
⁊ iō siō.i.speculatō nomē accepit. Pro
futura vō patrie pace hiꝛlm vocat̄. Nā
hiꝛlm pacis visio interptatur Dicit̄ eti
am ecclesia dom⁹ dei.sic dicta a dogma/
te quod grece dicit̄ rectum q̄i dans ma/
nere vnanimes in se. Dicit̄ etiam qn̄qꝫ
kiriaca.i.dominicalis. Qn̄qꝫ basilica qd̄
v̄bum grece sonat latine regia seu rega/
lis a rege scꝫ basilio. Carnalium enīꝫ re
gum palacia sic dicta sunt Nostra autē
oratōis domus regia dꝛ.qꝛ in ea regi re/
gū seruit̄ Qn̄qꝫ tēplū q̄i tectum ampluꝫ
in q̊ regi deo sacrificia offerunt̄ Et qn̄qꝫ
dei tabernaculū qꝛ in p̄nti vita ꝑegrina
ē:et in itinere ad patriam ꝑgens vt iam
dicet̄ Uel dꝛ tabernaculū q̄i taberna dei
ꝓut sub ecclesie dedicatōe dicet̄. Quare
etiam dictum est tabernaculuꝫ vel arca
testimonij sub titu.de altari dicet̄ Qn̄qꝫ
v̄o martiriuꝫ quod in honoꝛem alicui⁹
martiris sancti fit Qn̄qꝫ capella ꝓut in
scd̄a pte sub tractatu de sacerdote dicet̄.
Qn̄qꝫ cenobium Qn̄qꝫ sacrariū.qn̄qꝫ
sacellum Qn̄qꝫ domus oratōis Qn̄qꝫ
monasterium.et qn̄qꝫ oratoꝛiuꝫ. Gene/
raliter tn̄ q̄libet locus ad orādū statut⁹
oratoꝛiuꝫ dici p̄t ¶ Rursus ecclesia qn̄
qꝫ dꝛ corpus xp̄i Qn̄qꝫ etiam v̄go voca
tur iuxta illd̄ Emuloꝛ enī vos ⁊c. Qn̄qꝫ
spōsa quā xp̄s sibi desponsauit in fid̄ de
q̈ in euāgelio Qui habꝫ spōsaꝫ spōsus ē
Qn̄qꝫ mater.qꝛ q̊tidie in baptismo spū/
ales filios deo parit Qn̄qꝫ filia.iuxta il
lud ꝓphete.ꝓ patrib⁹ tuis nati sunt tibi
filij Itē qn̄qꝫ poīt vidua.qꝛ ꝓpt̄ p̄ssuras
nigrescit et vt rachel non ꝯsolat̄. Qn̄qꝫ
meretrix figurat̄ ꝓpt̄ ecclesiā de gētibus
ꝯgregatam. Qn̄qꝫ vocat̄ ciuitas ꝓpter
ꝯmunionē sanctoꝝ ciuiū.murata ꝓpteꝛ

munitōeꝫ scripturaꝝ.quib⁹ heretici ar/
cent̄.hn̄s lapides ⁊ ligna diuersi generis
qꝛ diuersa sunt merita singuloꝝ.ꝓut iaꝫ
dicet̄. Quodq̄d āt synagoga ꝑ legeꝫ acce
pit.hoc nūc ecclesia a xp̄o cui⁹ spōsa ē ꝑ
gratiam recepit et in melius ꝯmutauit.
Sane nō ē noua oratorij siue ecclesie i̅
stitutio.precepit nāqꝫ dn̄s moysi in mō
te synai vt faceret tabernaculum de cor
tinis mirifice fabricatis. Diuisum eniꝫ
erat interposito velo in duas ptes. cui⁹
pars prioꝛ sancta.vbi popul⁹ sacrifica/
bat.interioꝛ vero sancta sanctorum v̄bi
sacerdotes et leuite ministrabāt dicebat̄
vt dicetur in ꝓhemio q̈rte partis Quod
postq̄ꝫ vetustate ꝯsumptuꝫ est iussit do/
minus fieri templum quod salomō edi/
ficauit ope mirifico. duas habens ꝑtes
vt et tabernaculum Reg.iij.ca.viij. Ab
vtroqꝫ vero scꝫ a tabernaculo et a tēplo
nostra materialis ecclesia formam sum/
psit. In cuius ꝑte anterioꝛi popul⁹ au/
dit et oꝛat In sanctuario vero cler⁹ p̄di/
cat iubilat et ministrat Tabernaculum
autē qꝛ in itinere factū qn̄qꝫ gerit typuꝫ
mundi qui transit et concupiscentia ei⁹
Unde constat ex quattuoꝛ cortinarum
coloꝛibus sicut et mundus ꝯpactus est
ex quattuoꝛ elementis. Deus igitur in
tabernaculo.deus est in hoc mundo ve
lut in templo xp̄i sanguīe rubricato. Ex
presse vero tabernaculum typum gerit
ecclesie militantis que non habꝫ hic ma
nentem ciuitatem.sed futuram inquirit
Ideo dicitur tabernaculum.tabernacu
la enim militantium sunt. Deus enim
in tabernaculo deus ē in fidelibus suo
nomine ꝯgregatis Pars prima taber/
naculi in qua popul⁹ sacrificabat vita
ē actiua.i qua popul⁹ in ꝓximi dilectōe

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-121/0011
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG